Nos Alfonsus dei gratia Rex Arago
num Sicilie citra et ultra farum Valentie
Hierusalem Hungarie Maioricarum Sardinie
et Corsice Comes Barchinone Dux Athe
narum et Neopatrie ac etiam Comes Rossi
lionis et Ceritanie Quia ut accepimus ex
antiqua consuetudine nullo tamen iure funda
ta qui piscantur apud insulam que sita est
in mari vicino ville de Vilaiyosa et de Beni
dorm antequam ad alia loca accedant tenentur
accedere ad dictam villam de Benidorm et
illic certum ius ratione piscium captorum
apud dictam insulam solvunt quod ius ipsi
piscatores licet eis solvere molestum sit et
solvere non recusant nec recusare intendunt
id tamen eis molestissimum est ex eo quod con
tra expressam dispositionem fori Regni Va
lentie etiam libertatem et usum dicti regni
ut nobis dictum est intelligi quod ante exonera
tionem dictorum piscium tenentur accede
re ad faciendum dictam solutionem persona
liter cum dictis piscibus ad dictam villam de
Benidorm in eorum maximum preiuditium
et incommoditatem et contra dicti fori
libertatis et usus formam Volentes prop
terea vassallorum nostrorum utilitati sine
damno alterius cuiuscumque consulere harum
serie tenore de certaque nostra scientia et consulte
dictis piscatoribus habitatoribus dicte
ville de Vilaiyosa concedimus quod hinc inantea
secundum formam fori libertatis et usus ac